

Botan.
1050



2849.3

WACHENDORFF


ANNUS 1800

INSTITUTUM

AMSTELÆDAMI

PROFESSOR

ACADEMIE



1800

BRX



5404

WACHENDORFIA

IOANNIS BURMANNI

M. D.

ATHENAEI ILLUSTRIS, ET IN HORTO MEDICO
AMSTELAEDAMENSI

PROFESSORIS BOTANICES

ACADEMIAE CAESARAE NATVRAE CVRIOSORVM
SOCII.




R A P I N V S :

Floribus at variis omnis dum pingitur annus,

Ne semper pictos hortorum respice flores:

Respice ad autorem florum, coelumque salutans,

Contemplare suos, ut habet, quot sidera, flores.



GERAE,

LITTERIS ROTHIANIS.

M D C C L X X I.

WACHENDORFFIA

JOHANNIS BURMANI

M. D.

ATHEMATICI MATHESIS ET IN UNO MUNDO
ARITHMETICIS

PROFESSORIS BOTANICES

ACADEMIAE CAESAREAE NATURAE CURIOSORVM
1701

LEIPZIG

In typographia
Jo. G. B. Meißneri
in hujusmodi
officina

GERNE

LITTELLIS BOENIANDIS

1701



DOCTISSIMO CLARISSIMOQVE
VIRO
EVER. IAC. WACHENDORFIO,
IN ACADEMIA TRAIECTINA
MEDICINAE, BOTANICES AC CHYMIÆ
PROFESSORI CELEBERRIMO
S. D.
IOANNES BURMANNVS.

Semper Africa novi quid adportat, vulgare quondam attamen verissimum fuit proverbium. Quod licet proprie de feris et monstrosis animalibus olim fuerit dictum, id mihi nunc de variis ac diversis, novisque sane, quae haec regio producit, plantarum Africarum generibus dicere liceat.

Profecto semper aliquid novi ex Africa. Nec tantum illud constat ex novis his, quas iam descripsi, tibi que harum rerum peritissimo, consecravi, sed dudum id ipse animadvertisti, quoties ingentem plantarum seriem ex remotissimo



illo terrarum angulo, Capite seu Promontorio Bonae Spei productam conspexeris, quas vel ego ipse vel alii quondam Botanici descriperint vel recensuerint. Idem etiam illud quotidie magis magisque experior, non solum ex maxima, quam possideo, ipsarum copia, sed etiam ex plurimis huius regionis bulbosis, in quibus stupenda et nova plane genera inveniuntur, immo recens ingensque stirpium numerus, qui quotannis inde ad me defertur, hoc comprobatur, ut haud temere credam, non aliunde facile, potissimum ex arido et fabuloso solo, quod in aliis regionibus sterile plerumque est, illarum produci posse segetem copiosiore pluribusve novis generibus magis superbientem, quod re vera in posterum luculentissimis exemplis non modo Tibi, sed aliis quoque Botanicis ad oculum demonstrare adnitar.

Unicum interim hoc novum plantarum genus, quod Tibi veluti verissimum atque integerrimum huius rei testem offero, sufficiet, in quo videbis mirum in modum ludentem ac luxuriantem naturam, ut non meminerim unquam me plantam observare vel describere, in qua tot mutationes detexerim. Hoc Tibi clarius apparebit ex ipsa descriptione, quam si attente perlegere dignatus fueris, vera me dixisse experieris.

Accipias itaque hoc opusculum verae amicitiae monumentum, eo nimirum animo, quo Tibi dicavi, hoc est, sincero et candido.

Vigeat interim, ac perennet praeclarissima Tui nominis fama, et ab omnibus, qui delicias nostras amant, rite celebretur, dum ars Botanica, quam tam strenue excolis, suos foveat alumnos ac fautores. Vale.

TAB.



Flos verus.



Flos spurius.



Capsula seminalis cum petalis emarcidis.



Eadem intus conspicua



Stamina cum pistillo ac floribus nutantibus.



Seminum Embryones soluta pericarpio adhaerentes.




Semina naturalia.



Germen cum stilo et petalo contracto.

WACHENDORFIA
Thyrsiflora.



V

TAB. I ET II.

WACHENDORFIA THYRSIFLORA, foliis lanceolatis, quinquenerviis, canaliculato-
plicatis, floribus in thyrsum collectis.

Cal. Spathae vagae, alternatae, semi-amplexicaules, oblongo-acutae, fructi-
ficationem distinguentes, persistentes, marcescentes, tumque reflexae.

Cor. Petala sex oblonga, quorum tria suprema erecta, patula, ad unguis coa-
lita, bina lateralia dehiscentia, inferius carinatum, aliquando deficiens.

Nect. externe protuberans locatum utrinque ad petalorum superiorum latera.

Stam. Filamenta tria subulata, corolla breviora, declinata, inferiori petalo in-
cumbentia.

Antherae oblongae, coadunatae, horizontales.

Pist. Germen ovato-obtusum, triquetrum, intra corollam situm. Stilus sim-
plex, subulatus, semper dextrorsum vergens; stigma simplex, pusillum.

Per. Capsula subovata, obtusa, triquetra, trilocularis, trivalvis, hirsuta.

Sem. tria obovata, placentulae oblongae adfixa, quae in capsulae centro coa-
lescunt.



TRIANDRIA MONOGYNIA.


Radix tuberosa, arundinacea, phoenicea, simplex, deorsum concolores demittens perpendiculares fibras medullares, plurimos undique spargens stolones, qui folia gerunt emarginata, quorum interiora ab exterioribus et proximis margine interno excavatis excipiuntur, atque hic margo quam maxime canaliculatus est ad inferiorem folii partem, ubi latisimus, sensimque connivens prope extremum evanescit, qui in minoribus foliis ad dimidium modo excurrit.

Folia ipsa sunt maxime nervosa, quinquenervia flabelli instar eleganter plicata, ac canaliculata, glabra, laete virentia, lanceolata, maxima binos pedes longa, tres digitos lata, interiora decrefcentia.

Scapus ex centro ipsius stolonis erigitur arundinaceus, quatuor pedes altus, foliis vaginantibus alternatim vestitus angustioribus, sed eiusdem cum ceteris formae; quo superiora eo magis decrefcent, ac tandem sub thyrso in ipsius vaginas spathaceas persistentes definunt. Pilosus est et maculis rubris notatur, quem colorem vaginae marcescentes itidem mentiuntur.

Thyrſus iunior ac tener, totus quantus spathis tectus et obvolutatus est, donec hae dehiscant, et post longum satis temporis spatium, trium nempe quatuor-

Taf. II.



WACHENDORFIA
Thyrsiflora.

H. C. Knyffer. del.

J. C. Müller. sc. & Gra. 1771.



1000

IRIS
PALLASII



ve septimanarum, thyrsus iam satis adultum ex gremio suo prodant et emittant, qui ad pedis longitudinem excrescit, ac sub quovis florum fasciculo vagina instructus est acuminata, persistente, e longinquo Asphodelum luteum perfecte referens.

Flores septem communi utcunque sustinentur pedunculo, quorum inferiores adeo tecti et contracti sunt, ut in prima florescentia quatuor modo conspiciantur, illorum bini superiores post sese invicem erigunt, alii laterales binis inferioribus dependentibus seu nutantibus ac minimis. Unicus modo flos simul, et quidem primo supremus in quovis tali pedunculo floret per ephemerum, qui ample sese extendit, externe croceus et hirsutus, interne luteus et glaber, in sex descripta petala sese erigens, quorum inferius aliquando deficit, sed tum eius loco alternum excrescit pistillum, ita ut gemina in tali flore constanter observaverim, qui singularis naturae lusus, an ab aliis quoque in quodam flore spurio fit notatus, me latet; atque hanc observationem huic plantae propriam esse cognovi ex icone in solo et loco natali depicta, in cuius thyrsu binos tales flores observavi, quorum inferius itidem deficiebat petalum, et cuius loco bini quoque stili depicti erant, quod ante hoc institutum examen mihi erroneum videbatur, sed dein in viva mea idem observans planta, concludo naturalem esse huius spurii floris sed simul peculiarem indolem.

Die-



Diebus calidis ex quovis aperto flore ad posticam et inferiorem partem guttula mellis limpida exsudat, quae ab apibus et bombyliis, hosce flores frequenter advolantibus proboscide subtili attrahitur, diebus vero frigidioribus hanc non observavi.

Flores primo erumpentes maximi, ita ut reliquos superent; ultimo florentes dimidio minores; cuncti vero per noctem sese contrahunt ac dormiunt, et emarcidi dein penitus sunt, contracti, revoluti, erecti, acuminati, inferius ventricosi, atque hinc anseris corpus cum collo haud male repraesentant, quod in subsequente specie pictor satis distincte delineavit et notavit. Cuius porro flori stipula succrescit acuminata.

Fructus est capsula trilocularis, triquetra, subovata, obtusa, hirsuta, undique cincta petalis emarcidis et persistentibus.

Semina terna obovata, in placentulis oblongis coalita, seu columnae affixa, per maturitatem convexa, ex purpureo nigricantia et hirsuta.

Observatio. Plurimum affinitatis videtur haec planta habere cum Sisyrrinchio Aethiopico, a Breynio in Centuria descripto et Tab. 37. delineato, ita ut, antequam thyrsus excreceret, certo certius crederem, unam eandemque esse plantam, ex radicis nempe et foliorum forma maxime conveniente; nunc autem persuasus sum, diversa penitus esse, quod mihi confirmat non

tan-



tantum viva planta modo descripta, sed icon insuper nitidissime depicta in ipso Capite Bonae spei, cuius thyrsus eodem modo spicatus est, tumque et idem siccatus, quem detexi sine ullo tamen nomine adscripto in herbario, quod ipse Oldenlandus in isto tot rarissimarum plantarum promptuario olim collegit vastissimum, quodque totum nuper benignissime et candidissime mihi obtulit et elargitus est Collega Honoratissimus Guilielmus Roellius, Anatomes et Chirurgiae Profesor dexterrimus et expertissimus, ita ut si harum plantarum descriptiones et icones inter sese comparent Botanophili, summam florum differentiam genericam facile detecturi sint periti; praeterquam enim quod Breynii flores sex staminibus instructos delineaverit auctor, ipsorum forma ac panicula a spicato thyrsu multum recedit. Si quis tamen easdem censeat esse plantas ob summam radicum et foliorum analogiam, tum Breynii planta contra veram ipsius indolem delineata est, quod vix credere possum, quum reliquae eius icones, quarum plures tam vivas quam depictas servo, satis exacte sint exhibitae.

Notandum porro est in nostra planta, quod aquae sit sitientissima, qua quo saepius affusa, eo laetius germinat, ita ut putem, in naturali solo crescere in locis promontorii uliginosis et aquosis. Aerem intente calidum etiam facile feret; praeterito enim anno fictili imposita inter Bromelias quod deponeretur, cura, veram, ut flores, quos videre etiam atque etiam desiderabam, maioris caloris

B

gradu




gradu elicerem, non tamen hoc ex voto succedebat, unde tempore autumnii eam in altero calidario deponebam inter bulbos Capenses, ut ineunte vere, quum hi potissimum suos proferunt flores, et haec quoque suos produceret; ob singularem enim foliorum structuram ipsiusque plantae peculiarem formam hanc ex feminibus mihi enatam per tres annos prae reliquis solerti cura colui, et de industria observavi. Hoc tandem mihi hoc anno *) evenit, ut eam perfectam omnibusque numeris absolutam saepius cum animi voluptate inspexerim tranquillo in otio, in praedio nempe suburbano, dulcissima a molesta praxi mihi delasfato requie, ubi tanquam regina inter Amaryllidas, Crina, Ale-tres, Haemanthos, Brunsvigias, Spreckelias, Cyanellas, Antholyzas, Cuno-nias, Irides, Gladiolos, Ornithogala, Ixiarum plurimas species, Hyacinthum viridem, Dioscoream Capensem aliasque plurimas novas ob temporis penu-riam nondum rite exploratas principatum obtinet et inter cunctas sublime caput effert, ac velut inter Viburna Cupressi, reliquas supereminet.

*) an. 1757. Cum paucis annis post eadem *Wachendorfia thyrsiflora* etiam in Gallia et quidem in horto Botanico villae Regiae, *Trianon* dictae floreret, eius forma statim delineata aeri incisa una cum descriptione Celeb. Burmanni in lucem ibidem prodiit. Quia vero haec editio propter raritatem exemplarium ad nostros Botanophilos non pervenit, inde nos eius copiam nunc illis fecisse pergratum fore speramus.



TAB.

T. B. III.




WACHENDORFIA
paniculata.

H. G. Kupper del.

J. C. Müller sc. Gero. 1774



MACCHENDORFIA
parviflora



T A B. I I I.

WACHENDORFIA PANICVLATA, foliis ensiformibus, trinerviis, floribus paniculatis.

Radix ignota.

Folia vaginantia, ensiformia, trinervia.

Scapus erectus, nodosus, foliis alternatim vestitus, scaber.

Thyrsum florum ramosus, seu paniculatus, sub quavis panicula stipula vaginalis, acuminata reflexa locatur,

Flores quini utcunque singulo insident ramo pedunculo, erecti, coloris et formae praecedentis plantae simillimi, stipulis vagis.

Observatio: Nullum est dubium, quin eiusdem sit generis cum praecedenti planta, uti ex floribus id mihi luculentissime apparet, atque hanc iconem inter depictas exoticas plantas inveni ab Amplissimo Consule Witso, vel summo Boerhavia, olim ipsorum opera procuratam, cui tamen nullum verbum annotatum est, nisi pictoris nomen, ita ut nil certi de huius plantae patria vel modo crescendi audeam pronunciare. Quum tamen huius loci ac generis


eset



eset, ut consideranti clare patebit, simul eam hic memorare et exhibere oportebat.

Novum vero hoc genus huc usque, quantum novi, nec descriptum nec observatum, in honorem Clarissimi Viri *Everhard Jacobi Wachendorffii*, Professoris Medic. Botan. et Chemicæ doctissimi, atque optime de re Botanica meriti, uti id constat ex catalogo eius horti Traiectini, tanto studio et labore conscripti et compositi, denominare volui, ipsiusque meritis ac famae herbarium erigere debui monumentum in mutuae amicitiae vinculum perenne,





Botan. 620

